

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

De eo qui negat crimen verum in iudico per hoc infamando accusatorem.  
n. 563.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

hibenda est. Excipitur tamen, si sit magna in-  
equalitas inter infamatorem & infamatum,  
ut si ille esset Rex, Princeps &c. & hic homo  
plebejus: tunc enim sufficeret infamatori dice-  
re se fuisse deceptum: aut via pecunaria infa-  
mato satisfacere.

562

## CONFERTIA. CXXI.

**D**ecimus sextus quærit; an principalis dis-  
famator teneatur etiam retractare apuda-  
lios, ad quos devenir detractio ex auditione  
primorum audientium.

563, **R**esp. Non teneri, si suo consilio aut jussu  
eos ad hoc faciendum non induxit. Ratio  
est: quia posterior diffamatio tunc censetur for-  
tuito, & ex malitia audientium contigisse.

## CONFERTIA. CXXII.

**D**ecimus septimus quaerit, an detractor, qui  
alteri vera imposuit, sed occulta, teneat  
dicere, se esse mentitum, si aliter restituere ne-  
queat.

**R**esp. Posse quidem, sed non teneri. Ratio  
est: quia nemo tenetur dicere, se mentitum,  
qui mentitus non est: interim autem, quia  
dictum non fuit conforme legi divinae, ut pote  
peccaminosum; & in sacris scripturis peccatum  
est mendacium, hoc ipsum dictum, mendacium  
dici potest, ut sensus sit: ego dixi mendacium;  
id est: ego hoc dicendo, peccatum feci. Dein-  
de quod verum non est veritate publica, sed  
occulta tantum, mendacium dici potest in  
publico.

CON-